

DOMINGO DE SEXAGESIMA.

TERCER DISCURSO.

La buena tierra.

I. Con que disposiciones debe escucharse la palabra de Dios — II. Lo que hemos de practicar despues de haberla escuchado.

En la parábola del Evangelio que acabais de escuchar, ha querido el Señor, como resulta de la esplicacion que el mismo dá á sus oyentes, enseñarnos que la mayor parte de los cristianos oyen mal la palabra de Dios, pero que tambien hay algunos que la oyen como se debe oír. Representanos á los primeros bajo la figura de tres clases de terreno infructuoso y malo, que reciben la semilla, pero no producen fruto. Los que escuchan la palabra de Dios con las disposiciones debidas son comparados, por el contrario, á la buena tierra, que sin ser mejor sembrada que sus contrarias, produce sin embargo, ciento por uno¹.

1. Terra mala tripliciter distinguitur, non autem bona, quia una est Ecclesia. — Et adverte quod bona terra habet conditiones penitus oppositas aliis in quibus semen cecidit: quia enim hi *audientes verbum retinent*, est contra eos *qui sunt secus viam*, et *venit diabolus*, et *tollit verbum de corde eorum*; quod autem *fructum afferunt*, sanctarum scilicet operationum, est contra eos qui sunt *spinæ suffocantes* Dei verbum; quod vero hoc faciunt *in patientia*, est contra eos *qui supra petram qui ad tempus credunt et in tempore tentationis recedunt*. Terra ergo mala in loca secus viam, petrosa et spinosa distinguitur; sed terra bona non subdividitur, quia una est Ecclesia: una est columba mea, licet fructus et virtutes ejus subdividantur in centesimum, sexagesimum et tricesimum; ita etiam et præmia diversa sunt, quia *differt stella a stella* in præmio, sicut et in merito. De semine itaque tres partes, proh dolor! pereunt, ac una tantum salvatur et proficit; et neque hoc aqualiter, sed cum multa differentia. Quamvis enim semen divini verbi de se sit fecundum,

Rasgo característico que nos dá a conocer de nuevo la sabiduría de la Iglesia, es el proponernos en el presente domingo esta parábola puestoque nos hallamos en visperas de comenzar la cuaresma, durante cuyo tiempo la santa semilla de la palabra de Dios se esparce mas abundantemente que en los restantes tiempos del año, y durante el cual por lo tanto, es temible que permanezca esteril. Por eso, deseando yo, que esta palabra produzca en nosotros el apetecido fruto, voy á sujetarme en el discurso de esta mañana á lo que conviene al buen terreno y á esplicaros, en primer lugar, conque disposiciones debe escucharse la palabra de Dios; y en segundo que es lo que hacer debemos una vez la hayamos escuchado¹.

fit tamen ut visum est tripliciter infructuosum. Unde Theophilus: «Vide quomodo mali sunt plurimi, et pauci salvantur; quarta enim pars seminis salvata invenitur.» Ex quo patet quod, exemplo Christi, prædicator verbi divini non debet cessare a prædicatione, licet videat inde paucos proficere; quia faciens quod in se est, meritum suum non perdit. Unde nota, secundum eundem Theophilum, quod non dixit, quod seminans aliud projecit secus viam, et cetera; sed quod semen *cecidit*. Qui enim seminat, docet rectum sermonem, sed sermo diversimode cadit in audientes, quia semen quodlibet recipitur secundum modum et dispositionem terræ in qua seritur. Quæ si sit fertilis et culta profert bonum fructum; si autem sit sterilis et inculta, germinat spinas et tribulos, vel etiam nullum fructum. Ita quod secundum variam dispositionem terræ, semen diversimode proficit ad fructum; sic in nobis, secundum variam dispositionem cordis nostri, diversimode recipitur semen, quod Christus verus agricola de cælo nobis adduxit. Primum ergo debemus verbum Dei cum devotione audire, ac cum gaudio et desiderio suscipere; deinde intelligere, ac inter prospera et adversa utiliter conservare; et denique fructus facere, vel *centesimum*, vel *sexagesimum* vel *tricesimum* (LUDOLPH. Vita D.-N. J.-C. p. 1, c. 64, n. 4).

1. Quod autem in terram bonam, hi sunt qui in corde bono et optimo verbum retinent, et fructum afferunt in patientia. Quoniam, secundum beatum Gregorium, n. 30, Moral. lib. xxv, c. 13, al. 12, «lumen intelligentiæ humilitas aperit, superbia vero abscondit;» hinc est quod Dominus noster JESUS CHRISTUS, sciens sic esse placitum ante Deum Patrem, superbis et elatis hominibus (ad reprimendum superbiam intellectus in audiendo et intelligendo) regnum Dei nuntiat in parabolis; sed humilibus ejus discipulis, quibus datum est nosse mysterium regni Dei, sensum

I. Con que disposiciones debemos escuchar la palabra de Dios. —

Dei in parabola hodierni evangelii aperuit, cum dicit in verbo proposito, quod est finis expositionis prædictæ parabolæ: *Quod autem in terram bonam, hi sunt qui corde, etc.* In quo quidem verbo valde ordinate proceditur: nam, sicut videmus quod terra, ad hoc quod fructificet, primo debet præparari, deinde seminari, postea fructus ex ea tolli, sic, in verbo proposito, primo notatur nostri cordis debita præparatio; secundo, divini seminis firma susceptio; tertio, recepti seminis temporanea fructificatio. Primo ergo notatur nostri cordis debita præparatio, cum dicit: *Quod autem in terram bonam.* Ista bonitas terræ nihil aliud est, quam bona præparatio nostri cordis. Secundo notatur divini seminis firma susceptio, cum dicit: *Hi sunt qui corde bono et optimo.* Sed tertio notatur recepta seminis temporanea fructificatio, cum subinfert: *Et fructum afferunt, in patientia,* eo quod persecutiones patienter sustinent propter verbum Dei, et omnia mala sive illata sive innata. — Primo ergo in verbo proposito notatur nostri cordis debita præparatio, cum dicit: *Quod autem in terram bonam.* Debemus autem nostrum cor, quod sub metaphora bonæ terræ Christus describit, ad modum terræ materialis præparare. Est autem terra materialis bene præparata et ad fructum disposita, quando est primo a malis radicibus extirpata, secundo aquis pluvialibus irrigata, tertio caloribus solis opposita: ut sic calore solis vivifico incalescat, ut possit jactata semina vegetare. Per hunc modum si volumus quod cor nostrum sit bene præparatum, et ad fructum bonæ operationis dispositum, primo debet extirpari a spinis peccatorum omnium; secundo, irrigari aquis pluvialibus lacrymabilium compunctionum; sed tertio debet inflammari incendiis divinorum desideriorum, quorum calore vivifico possit vegetare receptum verbum Dei et retentum ut possit pullulare in germen bonæ operationis. Primo debet terra nostri cordis extirpari malis radicibus peccatorum; unde dicitur, Prov. XII, 11: *Qui operatur terram suam, satiabitur panibus, qui autem sectatur otium, stultissimus est. Qui operatur terram propriæ conscientiæ, evellendo ex ea vepres vitiorum gladio acutæ compunctionis, extirpando spinas peccatorum exercitio confessionis, et amovendo urticas malorum desideriorum exercitio disciplinæ et mortificationis, satiabitur panibus honorum operum. Qui autem sectatur otium, et dimittit ea sterilesceat spinis vitiorum, vepribus peccatorum, et urticis malorum desideriorum, stultissimus est.* Ergo bonum est operari terram tuam, *ut educas panem de terra, et vinum lætificet cor hominis,* secundum quod dicitur in Psalmo CIII, 15: *Ut educas panem bonæ operationis ad reficiendum, de terra propriæ conscientiæ; et vinum in terra devotionis ad lætificandum.* — Secundo debet terra nostri cordis

No hay nadie entre vosotros, que ignore es una obligacion para el

irrigari aquis pluvialibus lacrymabilium compunctionum. Unde Jud. 15: *Da mihi benedictionem, quia terram arentem dedisti mihi; da et irriguam aquis.* Fidelis anima, cognoscens experimentaliter lacrymarum abundantem effusionem et cordis affluentem compunctionem non esse a seipsa, sed a Deo, ideo ab ipso petit benedictionem suæ curationis. *Da mihi benedictionem, qui terram arentem dedisti mihi,* scilicet terram conscientiæ: *da et irriguam* aquis lacrymabilium compunctionum. Huic convenit, quod dicitur in Psalm. CXLII, 67: *Anima mea sicut terra sine aqua tibi; velociter exaudi me, Domine; defecit spiritus meus.* Cognoscens David fidelis animam suam ad modum terræ aridæ non posse producere germen bonæ operationis sine aqua lacrymabilium compunctionis, et irrigua [*lege irriguo*] mentalis devotionis, petit hoc a Domino cum instantia devotæ orationis dicens: *Velociter exaudi me,* dando irriguum interiori devotionis, et exterioris lacrymationis, *quia defecit spiritus meus* præ ariditate internæ devotionis et ardore terrenæ affectionis. — Tertio, debet terra nostri cordis inflammari incendiis divinorum desideriorum; unde dicitur, Eccl. XLIII, 2 et 3: *Sol in aspectu annuntians in exitu, vas admirabile, opus Excelsi, in meridiano exurit terram.* Sol justitiæ Christus Deus noster, habens speciositatem in aspectu interiori quantum ad divinitatem, et in aspectu exteriori quantum ad humanitatem, est *vas admirabile,* quia contentivum incomprehensibilis divinitatis: *In ipso enim inhabitat corporaliter plenitudo divinitatis,* Coloss. II, 9. Dicitur *opus Excelsi;* nam etsi Excelsus formet omnes adjuvando naturam, tamen specialiter Christum formavit operando super naturam. Hic in meridiano exurit terram, scilicet terrenum cor, quando est in ardentissimo desiderio sui. — Sequitur: *Hi sunt qui corde bono et optimo verbum retinent:* ubi notatur secundo divini seminis firma susceptio. Ad hoc ut verbum Dei in audiente afferat fructum, debet, secundum instructionem hodierni Evangelii, primo recipi, sive audire reverenter cum mentis quietatione; secundo debet retineri firmiter, sive credi, cum unionis adhæsione; sed tertio debet intelligi diligenter cum operis executione. — Primo verbum Dei debet reverenter recipi sive audiri cum mentis quietatione, eo quod in hodierno Evangelio dicit Dominus: *Quod autem in spinas cecidit, hi sunt qui verbum audiunt et a sollicitudinibus, et divitiis, et voluptatibus vitæ suffocantur et non referunt fructum.* Unde Gregorius, Moral. lib. XVIII, c. 43, n. 70: « Perturbatæ mentes sæcularium eo ipso clamant, quod inquietæ sunt, quia a vera sapientia divisæ sunt, » scilicet fide et moribus. Dei secreta non cognoscimus, nisi virtutum desideriis jungamur, quia vivacius verba Dei mens penetrat, cum admittere curarum sæcula-

cristiano y obligacion rigurosa el escuchar de vez en cuando prin-

rium tumultum recusat, siquidem *verba sapientis audiuntur cum* [vulg. in] *silentio*, Eccle. ix, 17. Hoc attendens Maria Magdalena, secundum quod dicitur, Luc, x, 39 : *Sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius : sedens* per mentis tranquillitatem; non discurrens per cordis distractionem. Quia, sicut dicit Gregorius, Moral. lib. 23, c. 20, n. 37, « oportet desiderantem sapientiam dissolvi a curis et distractionibus: » siquidem *qui minoratur actu, percipiet sapientiam*, Eccl. xxxviii, 25. *Secus pedes Domini* per cordis humiliationem, quia obstaculum veritatis est tumor superbiæ, qui dum fiat, obnubilat. *Audiebat verbum illius* per auditus inclinationem, et obliviscens populum judaicum, et domum patris sui diaboli per imitationem. — Secundo debet retineri sive credi firmiter, cum unionis adhæsione. Unde de illis, qui non bene retinent, dicit Dominus, Luc. viii, 13 : *Nam quod supra petram, hi sunt, qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum; et hi radices non habent, qui ad tempus credunt, et in tempore tentationis recedunt*. Sed de his qui firmiter credunt sive retinuerunt, adjungit dicens : *Quod autem in terram bonam, hi sunt qui corde bono et optimo audientes verbum retinent et fructum afferunt in patientia*, eo quod persecutiones et quælibet mala pœnæ patienter sustinent propter verbum Dei. — Tertio debet intelligi diligenter cum operis executione, quia de illis qui audierunt et operi mancipare neglexerunt, dicit Matthæus, xiii, 19 : *Omnis qui audit verbum regni et non intelligit, venit diabolus et tollit verbum de corde eorum, ne credentes salvi fiant*. Sed de his qui intellexerunt cum operis executione, addit dicens : *Quod autem* [Vulg. *Qui vero*] *in terram bonam seminatum [seminatus] est, hic est, qui audit verbum et intelligit, et fructum affert, et facit aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum, aliud vero tricesimum*, Matt. xiii, 23. *In terram bonam* verbum seminatur, quod intelligitur et opere completur : et tunc verbum facit *fructum tricesimum* in conjugatis, *sexagesimum* in continentibus, sed *centesimum* in virginibus. Meritum ergo conjugatorum per tricesimum, qui consurgit ex ternario et denario, intelligitur, quia conjugati habent fidem Trinitatis, et adhærent decem præceptis legis; per numerum autem sexagesimum, qui consurgit ex senario et denario, intelligitur meritum continentium, quia continentibus debent adhærere decem præceptis legis, et insuper sex operibus misericordiæ, quæ in hoc versu continentur :

Visito, poto, cibo, redimo, lego, colligo, condo.

Debet enim continens visitare infirmos, cibare et potare jejunos, redimere captivos, tegere nudos, colligere peregrinos, et condere sive sepelire mortuos. Meritum namque virginum ratione suæ perfectionis per

principalmente los domingos y fiestas la palabra de Dios. Este deber se

centesimum numerum designatur. Unde a centesimo et deinceps, ratione suæ perfectionis et nobilitatis, in dexteram computatur. Tamen ad dilucidandum melius verbum propositum, quare in isto numero, et non in alio, voluit Deus exprimere merita illorum trium statutum : non est prætermittendum quod dicunt in arte computationis periti, eo quod per hoc velut artificialis et propria videbitur appropriatio meritorum ad merita. Numerus enim digitorum habet fieri per quinque digitos [manus, quos periti in arte sic appellant, videlicet pollicem, indicem, medium, medicum, auricularem. Rationem vero quare sic per ordinem nominantur, ratione brevitatis omitto. Auricularis, sive digitus parvus, in palma positus sive reflexus, signat unitatem. Sed medicus, qui juxta dignum parvum, in palma positus signat dualitatem cum auriculari. Medius vero qui est in medio digitorum, eodem modo positus cum prædictis duobus, signat trinitatem. Deinde secundum istum modum non est ultra procedere : sed auricularis erectus, medio jacente signat, quaternitatem. Jacente vero medio et medico in palma, et auricularis et medius erectus, signat quinque. Medico autem jacente cum auriculari, et medius erectus signat sex. Item auricularis signat extensus octo ; sed melius similiter extensus signat novem ; index vero positus in medio pollice, decem ; sed per conjunctionem rectam indicis ad pollicem, numerus centesimus signatur. Per amplexum vero mollem et conjunctionem pollicis et indicis, tricenarius numerus signatur : per quem numerum sane congrue Dominus meritum conjugatorum expressit, propter illorum mollem amplexum et unionem carnalem. Index siquidem firmiter constrictus super pollicem in modum crucis, numerum sexagesimum signat. Per quem numerum convenienter intelligitur meritum continentium, quorum vita est restricta a voluptuosa delectatione carnis per superpositionem rationis ad sensualitatem, propter voluntariam assumptionem crucis. Sed per centesimum, cujus computatio, ratione suæ perfectionis, fit per rectam indicis conjunctionem ad pollicem, valde eleganter exprimitur meritum virginitatis ratione suæ perfectionis, quia virgines vitam angelicam et cœlestem, in quantum possunt, dicunt. — Tertio in verbo proposito notatur recepti seminis temporanea fructificatio, cum dicit : *Fructum afferunt in patientia*. Nam illi, qui primo purgaverunt cor a spinis omnium peccatorum, et receperunt verbum reverenter cum mentis quietatione, afferunt spectabilem fructum puritatis et munditiæ pulchrificantis. Secundo qui cor compleverunt aquis lacrymabilium conjunctionum, et retinuerunt sive crediderunt verbum firmiter, afferunt fructum utilem claritatis intelligentiæ, gratiæ illuminantis. Tertio illi,

funda en motivos y razones tan solidas y serias, que es preciso, para

qui inflammaverunt cor incendiis divinatorum desideriorum, et intellexerunt verbum diligenter cum operis executione, afferunt fructum oblectabilem familiaritatis divinæ dulcorantis. Et sic talis fructus est optimus eo quod habet speciositatem in aspectu, utilitatem in affectu, et delicias in gustu. — Primo ergo, qui expurgaverunt cor a spinis omnium peccatorum et vitiorum, et receperunt verbum reverenter cum mentis quietatione, afferunt spectabilem fructum puritatis et munditiæ pulchrificantis; unde dicitur Prov. III, 14: *Melior est acquisitio ejus, acquisitione auri et argenti primi, et purissimi fructus ejus.* In avida enim acquisitione auri et argenti, cupidi et avari homines fiunt deteriores, Deo et angelis abominabiles, et etiam dæmonibus in fœditate culpæ similes; sed in acquisitione pulchritudinis munditiæ, quæ consistit in unitate gratiæ, et trinitate virtutum theologiarum, scilicet fidei, spei et charitatis, anima redditur Deo amabilis, angelis desiderabilis, et etiam dæmonibus terribilis: propter hoc melior est acquisitio puritatis et munditiæ acquisitione auri et argenti. Sed quoniam per cordis munditiam anima incipit producere mundos fructus, et Deo acceptabiles; ideo dicitur: *primi et purissimi fructus ejus.* In tantum enim divina sapientia diligit animas habentes istam puritatem munditiæ, ut omnia opera ejus [leg. earum] sibi appropriet, et divinos fructus eos vocet, secundum quod dicitur, Eccl. xxxix, 17: *Obaudite me, divini fructus, et quasi rosa plantata secus decursus aquarum fructificate.* Unde qui habent istam puritatem munditiæ in cogitatione, affectione et locutione, adeo in Dei formam et pulchritudinem gratiæ transformantur totaliter, ut deificentur sperando, cogitando, sapiendo et loquendo, et ita divini fructus appellantur. Et quem admodum rosarum decorem natura producit inter spinas, ita anima decorem pulchritudinis munditiæ non producit, neque servat odoriferum fructum castitatis interioris in corde, et exterioris in corpore, nisi inter spinas acutarum disciplinarum pœnitentiæ: ideo dicuntur rosæ plantatæ secus decursus aquarum, id est, divinarum influentiarum, fructificare fructus lucis et honestatis in omni justitia et veritate. — Secundo, qui cor compleverunt aquis lacrymarum compunctionum, et relinuerunt sive crediderunt firmiter, afferunt fructum claritatis et intelligentiæ illuminantis. Unde dicitur in Psalmo I, 2-3: *In lege Domini fuit voluntas ejus et in lege ejus meditabitur die ac nocte: et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.* Primo enim prædicato debet applicare voluntatem ad legem divinam, ut quod intelligit, opere compleat; et deinde meditari in lege ejus die ac nocte, qualiter debeat alios instruere, quia tunc erit *tamquam lignum,*

contestar su importancia ó profesar abiertamente la impiedad, ó vivir entregado á tal indiferencia que no deje de ser menos criminal que la impiedad misma ¹. Pero lo que se ignora demasiado gene-

quod plantatum est secus decursus aquarum, id est, divinarum influentiarum, *quod fructum suum dabit in tempore suo.* Sed multi dant fructum non suum, eo quod velunt *humeris aliorum onera gravia et importabilia imponere, ipsi autem nolunt digito ea movere.* Matth. xxiii, 4. Alii autem proferunt fructum non in tempore suo, sed ante tempus suum, eo quod sua auctoritate volunt prius docere quam discere: et ideo verbum eorum sæpe, ratione scandali et ignorantiae, et malæ vitæ, defluit in vanum per contemptum audientium, quia «cujus vita despicitur, restat ut ejus prædicatio contemnatur.» S. Greg. in *Evang.* hom. 12, n. 1. — Tertio, qui inflammaverunt cor incendiis divinatorum desideriorum et intelligunt verbum diligenter cum operis executione, afferunt oblectabilem fructum familiaritatis dulcorantis. Unde dicitur: *Sub umbra illius, quem desideraveram, sedi, et fructus ejus dulcis gutturi meo.* Cant. II, 3. *Sub umbra* refrigerantis gratiæ ab æstu carnalis concupiscentiæ, et ab ardore exitialis avaritiæ: *illius,* scilicet Christi, cum vehementi affectione *sedi* per mentis quietationem, non discurre per mentis distractionem, quia *qui minoratur actu, percipiet sapientiam;* Eccl. xxxviii, 25: et tunc *fructus ejus dulcis gutturi meo* propter sapientialem oblectationem. Rogemus ergo, etc. (S. BONAV. serm. de temp. dom. in Sexag. serm. 1).

1. *Causas que deben movernos á escuchar la palabra de Dios.* 1º La palabra de Dios es el alimento del alma, no menos necesario á nuestra vida espiritual que lo es el pan á la vida material. Privada de este alimento, debilitase el alma, enferma y muere: *Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* Matth. iv, 4: 2º La palabra de Dios ilumina la inteligencia, inflama el corazon, fortifica la voluntad en el bien. «La palabra de Dios, dice san Bernardo, aleja el pecado del alma, la vivifica, ilumina la inteligencia, purifica el corazon, inflama la voluntad, es para nuestra alma alimento, sosten, remedio, un freno para el espíritu, una fuerza para la voluntad, un baño poderoso y saludable, un manantial inagotable de virtudes.» *Quomodo descendit imber de cælo et inebriat terram, et infundit eam, et germinare eam facit* Is. iv, 40... 3º La palabra de Dios es el arma mas poderosa con que contamos para rechazar los escandalos y maximas corrompidas del mundo: *Qui in maligno positus est... Ego Dominus docens te utilia, gubernans te in via qua ambulas Utinam attendisses mandata mea, facta fuisset sicut flumen, pax tua, justitia sicut gurgites maris.* Is. xlvii, 17 y 18... 4º El hambre por la palabra divina, el placer que se experimenta al escucharla, es segun san Agustin,

ralmente, sin duda alguna, es el modo como se ha de llevar á cabo semejante deber. Creese generalmente que basta para ello el así tir

una señal infalible de predestinacion : *Qui ex Deo est, verba Dei audit.* Joan. viii, 47. *Mater mea et fratres mei, hi sunt qui verbum Dei audiunt, et faciunt.* Luc. viii, 21. 5º Oír la palabra de Dios con las debidas disposiciones es siempre una obra accepta á los ojos de Dios, y meritoria para el cielo : *Amen dico vobis qui verba mea audit... habet vitam æternam.* Joan v, 24... 6º El ser indiferente por escuchar la palabra de Dios, es despreciar á Jesucristo, ser rebelde á la Iglesia y privarse del medio mas eficaz de salvacion, poniendose en peligro de perderse por una eternidad : *Ecce ego adducam mala super populum istum, quia verba mea non audierunt.* Is. vi, 19. — II *Vanidad de los pretextos de que se valen algunos para no oír la palabra de Dios.* 1º « No hay precepto alguno que á ello me obligue. » Esto constituye una ignorancia crasa por parte de quien lo dice. ¿ No está el cristiano obligado á emplear todos los medios propios para asegurar su salvacion ? ¿ No es acaso el oír la palabra de Dios el mas necesario y eficaz de todos los medios ? ¿ No es acaso para obligar al cristiano á que venga al templo para oír la palabra de Dios por lo que la Iglesia prescribe á sus ministros la predicacion de la misma ?... 2º Ya se yo de antemano cuanto puedan decirme » Dudoso es en verdad. Y aun cuando así fuere, un cristiano humilde y fervoso sabrá sacar siempre alguna utilidad de la mas sencilla practica : *Væ vobis qui sapientes eslis oculis vestris.* Is. v, 21... 3º « El predicador no hace lo que á los demas predica. » Peor para el si es verdad el aserto, y si, como suele suceder muchas veces no es mas que una calumnia, mas esta no es razon para imitarle y perderse con el : *Omnia quæcumque dixerunt vobis facite, secundum vero opera eorum nolite facere.* » Matth. xxiii 3,... 4º No tengo tiempo; mis asuntos y negocios me lo impiden. » ¿ Hay negocio ó asunto que supere en importancia al que á nuestra salvacion se refiere ? Tenemos siempre tiempo disponible para divertirnos y distraernos : *Porro unum est necessarium...* 5º El predicador es demasiado severo » Porque quiere el bien de las almas, y prefiere su conversion á sus aplausos. 6º « Es pesado y se hace muy largo. » Hace mal, en efecto, por mas que su celo puede escusarle, pero tambien preciso es decirlo que el que no halla gusto en la palabra divina encuentra largo el mas corte de los sermones... 7º « Predica de una manera demasiado sencilla, muy comun. » La palabra de Dios es bastante bella é interesante de por si, para que necesite de frivolos ó inútiles adornos como suele embellecerla la oratoria. Un licor no deja ser menos preciosa si lo presentan á uno en una copa de madera ó de barra ó en un vaso de oro. (DEHAUT, *El Evang. expli.* 2 p. 3 sect. § 50).

de cualquier modo á las platicas y sermones que se hacen en la Iglesia. He aqui, un grave error que es origen de funestas consecuencias como es, por ejemplo la esterilidad de la divina palabra y la condenacion del alma que no supó aprovecharse de la misma. La palabra de Dios no es una palabra vana : ó salva á los que la escucha como se debe, ó condena á los que la escuchan mal. ¿ Con que disposiciones, por tanto, será preciso oír la palabra de Dios para hacerlo dignamente ? La misma parabola del Evangelio que examinamos nos lo indica, cuando al hablar de los buenos agentes, aquiennes compara con la tierra abonada, en la que la semilla pro-

1. ¿ Que se debe hacer para escuchar dignamente la palabra de Dios ? — Es preciso : I *Antes de la predicacion* : 1º *purificar* su corazon de todo deseo y pasion criminal ; escitar en si un vivo y sincero arrepentimiento sus pasadas culpas : *In malevolam animam non introibit sapientia, nec introibit in corpore subdito peccatis* Sap. I, 4... 2º Acudir la predicacion con intencion pura y en gran deseo de adelantar en la virtud y enriquecerse con los tesoros celestiales : *Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui invenit spolia multa.* Ps. cxviii. 162... 3º Recogerse con antelacion y alejar de si cuanto pudiese ser causa de distracciones : *Loquere, Domine, quia audit serrus tuus.* I Reg. III, 10... 4º Invocar el auxilio y luces del Espiritu santo : *Neque qui irrigat est aliquid, sed qui incrementum dat Deus.* I Cor. iii, 7. — II *Durante la predicacion* : 1º Escuchar con *respecto*, reverenciando en el predicador al representante de Jesucristo que nos habla por medio de él : *Audite audientes me, et comedite bonum, et delectabitur in crassitudine anima vestra.* Is. lv, 2... 2º Escucharla con *atencion* : *Qui vos audit, me audit.* Luc x, 40. 3º En vez de aplicar á los demas las verdades que uno escucha *aplicarselas a simismo.* *Medice, cura teipsum...* 4º No dormirse ni hadlar durante el sermon, con la cual podria distraerse escandalizar, ó causar poca edificacion entre los demas fieles ; edificar á los demas tratando de edificarse uno á si mismo. — III. *Despues de la predicacion* : 1º Tomar la resolucion de poner en practica las verdades que se oyeron : *Non auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur,* Rom. ii, 13... 2º Cuidar de conservar en su corazon loque se escuchó : *Ponite hæc verba mea in cordibus et in animis vestris.* Deut. II. 18-22., 3º Pensar amenudo en las mismas y hallar de ellas con otros : *quæ didicistis... et audistis, hæc agite et Deus pacis erit vobiscum.* Col. iv. 90... 4º Pedir á Dios la gracia de aprovecharse de las luces recibidas. I Corint. iii. 7. (DEHAUT, *El Evang. expli.* 2 p. sect. 3 § 50).